

Gaspard Quiroga de



**Prodromus Revelationis Mysteriorum Iniquitatis : Aulæ vel Curiaë Romanæ In Concilio Tridentino Potissimum ex Indice Librorum Prohibitorum & Expurgatorum**

Gustrovi[ij]: Literis Scheppelianis, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730095932>

Druck Freier  Zugang





*La 3188.*











IN NOMINE JESU.  
PRODRONUS  
REVELATIONIS MYSTERII  
INIQUITATIS.

AULÆ vel CURIÆ  
ROMANÆ

IN CONCILIO TRIDENTINO

Potissimum ex Indice

Librorum Prohibitorum & Expurga-  
torum Illustrissimi ac Reverendissimi

D. D. GASPARI

QUIROGA,

CARDINALIS ET ARCHIEPISCOPI TOLE-  
TANI, HISPAN: GENERALIS INQUISIT:

JUSSU EDITO

DE CONSILIO SUPREMI SENATUS

S. GENER: INQUISIT:

JUXTA EXEMPLAR MADRITI TYPIS

MANDATUM, Ao. 1584.

SALMURI

Apud THOMAM PORTAU,

Ao. 1601. recuso, desumptus; & cum præfat.

ad Lectorem, tum Exemplis aliquot ex

codem & alio illustratus,

operâ & studio

M. F. S.

GUSTROVI, Literis SCHEIPPelianis, Ao. 1665.

*F.a - 3188.*



Ex  
Bibliotheca  
Academiae  
Rostochiensis





# LECTORI

**H**æc Concilii Tridentini  
fœrum, Lector, qvo libros omnes,  
de quocunqve literarum genere in  
lucem editos, censendos est san-  
ctum, delegatis ad hoc viris, impudentiãne du-  
bium an eruditione insignioribus, qui Romanæ  
Ecclesiæ quicquid non concineret, *severitate*  
*censoriã* non damnarent modo, sed & *stylo verso*  
*penitus* inducerent. Quod in variis *facilitatum*  
*locis*, testis à Francisco Junio non ita pridem Index  
editus: testis & iste, qui in Gaditanâ illâ ab Anglis  
direptione, flammis & ruinis cum darentur cæ-  
tera, funesto velut rogo ereptus, & à Jacobo Ja-  
mes V. C. ad nobilissimum Plestiaci Dominum  
missus; penes quem ad facti fidem asserendam  
prototypus, cujus hoc exemplum, prodit. In  
qvo, quàm longè eorum sese impudentia effu-  
derit, argumento esse potest, quod non in nu-  
peros & Patres *carnificinam exercere contenti*, ne  
in *sacras ipsas literas* (qvo *scelus nullum gravius*)  
*manus etiam afferrent*, accessit fraudi fucus: nam  
qvo *rectior foret & excusator ista improbitas*,  
*injuriosi precipuè in Indices extitere*, *obelisco con-*  
*figentes*, quicquid Pontificiis erroribus *repugnare*  
*videbatur*: Quasi verò *diversus ab Indice textus*,

ANS

aut à Textu Index. Atq; utinam intra fines  
audacia steterit, & textum ipsum nequaquam  
violassent. Quod cum utrumq; hoc nostro  
seculo, literarum luce renascente, facere non  
exhorrerint; quid majorum ætate, ignorantie  
caligine obsusâ, tentasse non credibile est? Sed ti-  
bi hoc legenti clarius liqvebit, imo quæ in-  
fra hic subjecimus, documento esse possunt, nul-  
li nec veteris, nec recentis memoriæ scriptori  
Aristarchos istos pepersisse.

## NUPERI

*Ex Hieronymi Osorij Episcopi Sylvensis libro de  
Justitia l. 2. istud deleri jubent.*

Tunc verè fideles sumus, cum verbo Dei au-  
dientes sumus.

*Ex FERÒ in Matthæum cap: 12. super illud:  
Aut facite arborem bonam &c. ista.*

Christus hic apertè pronuntiat, nos ex naturâ  
nostrâ malas arbores esse.

*Item cap: eodem.*

Imo etiam in bonis operibus nostris non nihil  
mali concurrat. Omnes, inquit, justitiæ no-  
stræ tanquam pannus menstruatus &c. Unde  
hoc provenit, nisi ex reliquiis ipsius Adam?  
Quamvis enim qui in Christo sunt baptizati,  
Christum



Christum induerunt, Christus autem justitiam & gratiam secum adfert; tamen nondum plane interiit Adam ille vetus. Unde fit, ut cum Christus gratiâ suâ ad bona opera extimulat, ipse Adam, h. e. perversa natura, adjicit vel aliquid propriæ complacentiæ, vel proprii commodi &c. quo fit ut opus ipsum nunquam sit perfectum, quamvis ex misericordiâ DEI non impetetur piis.

*Ex Andræe Masii Comment. ad Josue  
hist. cap. ult. istud.*

Ad solam vitæ benè actæ imitationem, non etiam ad religiosum cultum, quem adorationem vocant Theologi, Divorum monumenta conservare fas est.

*Ex libro cui tit. est, Ordo baptizandi cum modo  
visitandi, Venetijs edito 1576.*

Credis, non propriis meritis, sed passionis Domini nostri Jesu Christi virtute ac merito ad gloriam pervenire? Credis, quod Dominus noster Jesus Christus pro nostra salute mortuus sit, & quod ex propriis meritis, vel alio modo nullo possit salvari, nisi merito passionis ipsius? Non erit desperandum vel dubitandum de salute illius, qui supra positas petitiones corde crediderit, & ore confessus fuerit.

PATRES.



# PATRES.

Ex ANTONII ABBATIS *Melissis* sive *Sermonibus in Bibliotheca SS. Patrum collecta per Margarinum de la Bigne Serm. 1.*

Eam verò solummodo naturam, quæ increata est, colere & venerari didicimus.

Ex EPIPHANIO *Hæresi 69. p. 364. Glossa delerè jubetur.*

Creaturam non adorari. Licet in textu legatur: Sancta DEI Ecclesia creaturam non adorat.

Ex *Indice CHRYSOSTOMI.*

Apostolorum doctrina facilis, omnibusque pervia.

Chrysoſtom: de Lazaro *Conc: 3. T. 2. p. 1355.* Apostoli verò ac Prophetæ omnia contra fecerunt (sc: quàm à Christo alieni Philoſophi, dicendi artifices & Rhetores) manifesta claraque quæ prodiderunt, exposuerunt omnibus, veluti communes orbis doctores, ut per se quisque discere possit, ea, quæ dicuntur, è solâ lectione.

*Nullum bonum hominis potest esse coram Deo acceptabile.*

Idem, seu quis alius in Opere imperf: in *Math. Hom 13.*

*Nullum*

Nullum bonum hominis acceptabile potest esse ante Deum, cum nullum bonum libere homo facere potest, sed semper contra malas concupiscentias certando faciamus.

*Confitenda Deo peccata, non homini.*

Idem de Laz: Conc: 3. T. 2. p. 1371. Cur pudefcis & erubescis dicere peccata tua? Cave enim homini dixeris, ne tibi opprobret: Neq; enim confervo confiteris, ut in publicum proferat, sed ei qui Dominus est, ei qui tui curam gerit &c. Mox: Mihi soli dic peccatum (Deum ipsum loquentem facit) privatim, ut sanem ulcus, teqve dolore liberabo.

*Ecclesia non super hominem, sed super fidem ædificata.*

Id. in Serm. de Pentec. T. 3. p. 877. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non prævalebunt adversus eam. Super hanc petram; non dixit super Petrum: Non enim super hominem, sed super fidem ædificaverit Ecclesiam suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus, filius DEI vivi &c. Quid est super petram? hoc est super confessionem, super sermones pietatis.

*Eide solâ justificari.*

Id. Homil. de verb. Pauli: Non solum, sed & glo.



& glotiamur in afflict. &c. T. 3. p. 945. Nullis onerosis aut laboriosis aut molestis mandatis impositis, sed fide tantum requisita, & iustificavit nos & sanctos reddidit &c.

*Fidem solam salvare.*

Id in Epist. Pauli ad Tit. c. 2. Hom. 3. Si credis, fidei cur alia inferes, quasi fides iustificare non sufficiat?

*Sine Scriptura Divina nihil asseverandum.*

Id. in Psal. 95. T. 1. p. 960, Neque enim oportet quicquam dicere sine testibus, solaque animi cogitatione. Nam si quid dicitur absque Scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæsitās &c. Verum quod est Scriptura divinæ vocis prodiit testimonium, & loquentis sermonem, & audientis animum confirmat.

*EX HILARII Indice.*

*Alienis meritis & operibus nemo juvatur.*

Hilar: in Math. Cap: 25. v. 8. Et quia pro-  
dire obviam fatuæ extinctis lampadibus non  
possunt, deprecantur eas quæ prudentes e-  
rant, ut oleum mutuent; Quibus responde-  
runt, non posse se dare, quia non sit fortassis,  
quod omnibus satis sit. Alienis scilicet ope-  
ribus ac meritis neminem adjuvandum, quia  
unicuique lampadi suæ oleum emere sit necesse.

Ex



EX HIERONYMI *Indice.*

*Fides sola justificat.*

Hier: in Epist: ad Rom: c. 20. super illud: Ignorantes enim justitiam Dei &c. Ignorantes, quod Deus ex sola fide justificat, & justos se ex Legis operibus, quam non custodierunt, esse putantes, noluerunt se remissione subicere peccatorum, ne peccatores fuisse viderentur.

Et in c. 11. super illud: Quia cæcitas ex parte contigit in Israel. Et ad Gal. c. 2. super illud: Gentiliter vivis, & non Judaice.

*Opera non justificant.*

Idem ad Gal. c. 2. super illud: Quod si quærentes, justificari &c. Si enim gentes fides sola non salvat, nec nos; quia ex operibus nemo justificatur. Ergo adhuc peccatores sumus, & Christus peccatorum minister est, tanquam non valens peccata indulgere.

*Imago una tantum veneranda.*

Idem in Ezech. l. 4. c. 16. versus fin: Nos autem unum habemus virum, & unam veneramur imaginem, quæ est imago invisibilis & omnipotentis DEI.

EX CYRILLI ALEXANDRINI *textu & indice.*

*Habitat Jesus per fidem in cordibus nostris.*

Cyr

Cyr. Alex. in Esai. l. 4. Orat. 5, in fin. Sed ubi non haberent DEI timorem in se ipsis, nec Jesum per fidem incolam reciperent (a. Habitat enim in cordibus nostris per fidem, sicuti scriptum est) locum illum vacare antiquus ille & impurus spiritus conspicatus, irrupit denuò, & in illos transmigravit, factaque sunt illorum novissima deteriora prioribus.

a. Hæc sunt ipsissima Pauli verba, Eph. 3. v. 17.

*Ex Indice Bibliorum ROBERTI STEPHANI in libros V. & N. Test. cum aliis multis sequentes propositiones deleri jubentur, tanquam suspectæ.*

*Credens CHRISTO non morietur in æternum.*

Joh. 11. v. 26. Omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

*Fide purificantur corda.*

Act. 15. v. 9. Nihil discrevit inter nos & illos, fide purificans corda eorum,

*Justificamur fide in Christum.*

Gal. 2. v. 16. Scientes autem, quod non justificatur



ficatur homo ex operibus legis, nisi perfidem  
Jesu Christi & nos in Christo Jesu credidi-  
mus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex  
operibus legis.

*Justitia nostra Christus.*

I. Cor: c. I. v. 30. Ex ipso autem vos estis  
in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia  
à Deo, & justitia, & sanctificatio & redemptio.

*Uxorem habeat unusquisq;*

I. Cor. c. 7. v. 2. Propter fornicationem  
autem unusquisq; suam uxorem habeat, & u-  
naq; suum virum habeat.

*Justus coram Deo nemo.*

Psal. 143. vel 142. v. 2. Non intres in judi-  
cium cum servo tuo, quia non justificabitur  
in conspectu tuo omnis vivens.

Indicis



INDICIS LIBRORUM PROHIBITORUM  
ET EXPURGATORUM

ILLUSTRISS. & REVERENDISS.

D. D. BERNHARDI  
DE SANDOVAL ET ROXAS CARDINAL.  
ET ARCHIEP. TOLET. HISPAN.  
PRIMATIS, &c.

Auctoritate & jussu editi.

DE CONSILIO SUPREMI SENATUS  
S. GENERAL. INQUISIT. HISPAN.

Juxta Exemplar excusum, Madriti apud  
LUDOVICUM SANCHEZ Typographum.  
Regium, Ao. 1612, cum appendice  
Anni 1604.

Aucti B. TURRETT. præfatione &  
Hispanic. Decret. Latina Versione.

Recusi GENEVÆ

Sumptibus JACOBI CRISPINI,  
Anno 1619.

Exempla quædam, quæ Inquisitorum jussu de-  
scendunt sunt ex Bibliis Vatabli Annotat.

Esaï. 8. n. 32, del.

Qvi

*Qui credent in DEUM, salvi erunt,  
qui verò non, peribunt.*

Luc. 4. ad verba: Non in solo pane, del.  
marg. not. Vita in verbo DEI.

Luc. 8. ad verba Christi: Fides tua salvam te  
&c. del. not. Fides salvat.

*Ex Bibl. Hebr. Græco-Lat.*

Psal. 37, v. 25. expung. marg. Fideles non de-  
relinquuntur à DEO

Pf. 72, v. 12. del. marg. Peccata agnoscentem  
liberat Christus.

Esai. 8. v. 11. del. Fiducia in DEO, non in hu-  
mano auxilio.

Ibid. cap. 28. v. 16, marg. del. Christus cre-  
dentibus salus.

Cap. 53, v. 11. expung. Justitia nostra. Chri-  
stus.

*Ex Indice Augustini del.*

Non merita nostra, sed dona sua DEUS coro-  
nat in nobis.

Augustini verò Epist. 105. ipsius: verba sunt:  
Cum DEUS coronat merita nostra, nihil aliud  
coronat, quam munera sua.

Del.



Del. porro: Sancti honorandi imitatione, non  
adoratione.

Augustinus verò t. i. lib. i. de ver. Rel. pag.  
743. edit. Froben.

Honorandi sunt propter imitationem, non  
adorandi propter religionem.

Del. Contra eos, qui dicunt: Simulacra non  
colo, sed per ea ad id, quod colere debeo, ad-  
hortor.

*Augustin. autem in Psal. 113.*

Videntur sibi purgatoris esse Religionis, qui  
dicunt: Nec simulacrum, nec dæmonium colo,  
sed per effigiem corporale ejus rei signum intu-  
eor, quam colere debeo.

Del. porro: Templâ Angelis, Creaturis ædi-  
ficare, sacrilegium est.

*August. T. 6. p. 689. cont. Maxim. l. i.*

Nonne si templum alicui sancto Angelo Ex-  
cellentissimo de lignis & lapidibus faceremus,  
an athematizaremur?

Et inferius: Si ergò Sacrilegi essemus facie-  
ndo templum cuicumque creaturæ &c.

*Ex Athan. Ind. deleantur.*

Adorari solius DEI est, & creatura nulla ado-  
randa.

*Athanasius*

Athanasii autem verba sunt Orat. 3. contra  
Arianos.

Θεὸς ἐστὶ μόνος ἰὸ προσκυνεῖσθαι.

Adorari solius DEI est.

Ἐκ κτίσματος κτίσμα ἔστι προσκυνεῖσθαι.

Creaturam creatura non adorat.

*E Regulis General. notanda est præcipuè Reg. IV.*

Cum experimento manifestum sit, si sacra Biblia vulgari lingua permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti, quam utilitatis oriri, prohibentur Biblia, cum omnibus eorum partibus, sive excusa, sive manuscripta, in qualicunque vulgari lingua extent: Quin etiam summaria & compendia, quantumvis historica, eorundem Bibliorum, aut librorum S. Scripturæ, quocunque idiomate vel lingua vulgari conscripta fuerint; Non tamen clausulæ, sententiæ aut capita, quæ libris Catholicorum, qui hæc explicant & allegant, inseruntur; nec Epistolæ & Evangelia, quæ totius anni curricula in Missa canuntur; modo ne hæc solitaria sint, sed sermoni aut explanationi singulorum ad fidelium ædificationem compositæ aut componendæ, adjungantur. Etiam horæ & illarum differentiæ in linguâ vulgari prohibentur.





1711

1712

1713

1714

1715

1716

1717

1718

1719

1720

1721

1722

1723

1724

1725

1726

1727

1728

1729

1730

1731

1732

1733

1734

1735

1736

1737

1738

1739

1740







F. Reppien.







Qui credent in DEUM  
qui verò non, p

Luc. 4. ad verba: Non  
marg. not. Vita in verbo DE

Luc. 8. ad verba Christi:  
&c. del. not. Fides salvat.

*Ex Bibl. Hebr. Gra*

Pfal. 37, v. 25. expung. ma  
relinqvuntur à DEO

Pf. 72, v. 12. del. marg.  
tem liberat Christus.

Eesai. 8. v. 11. del. Fiducia i  
mano auxilio.


Ibid. cap. 28. v. 16. marg  
dentibus salus.

Cap. 53, v. 11. expung. Ju  
stus,

*Ex Indice August*

Non merita nostra, sed do  
nat in nobis.

Augustini verò Epist: 105.  
Cum DEUS coronat merita  
coronat, quam munera sua,



the scale towards document